


L A C H R I M Æ
E X E Q V I A L E S
I N O B I T V M
P R Æ P R O P E R V M
G E O R G I I R A D I V I L I
I N F A N T I S .

à Studiosis
G Y M N A S I I B I R Z E N S I S
E V S Æ .



GEORGIVS CHRISTOPHORI RADIVILI DVCIS
BIRZARVM ET DVBCORVM, NEC NON
MAGNI DVCATVS LITVANIAE CAMPL
DVCTORIS FILIOLVS.

Per Anagrammatismum.

VT GREGIO CHRISTE EPHORO DIC DVCE MA-
LA PROCVL IBI VITAM SATVRIS GRATIA MVN-
DO DVBIVM DONA FINIS VILI NVNC
CVRRIS CINIS SOL.

FVnera VILI oculo spectantur vilia, namq;
Vertitur in cinerem quod fuit ante CINIS
Sed DVBIVM non est, putrefacta cadauera tumbis
Surgent extremo non peritura die.
VITAM IBI ducemus duraturam omne per ævum
Laudantes iustum mox sine fine Deum.
VT reuehens claram lustrat SOL omnia lucem
Disiciens radiis nubila fusca suis:
Sic DVCE ter sancto fulgebunt corpora nostra,
Quæ variis morbis morteq; pressa cadunt.
NVNC ergo facta felix ad sidera CVRRIS,
Ne videant oculi dira futura tui.
O nimium fœlix ille est, nimiumq; beatus
Viure quem Domino sic iuuat, atq; mori.
Nil siquidem in MVNDO, nisi factio, bella, tumultus,
Quoquo te veritas, tristia cuncta sonant.
CHRISTE EPHORO bene DIC pacis belliq; potens,
Et binæ proli principe cumq; piâ.
Fac feros fera videant atate nepotes,
Et vitæ SATVRIS aurea FINIS eat,
Auertat MALA cuncta PROCVL tua GRATIA ab illis
Te præter nemo auertere damna valet.
Christe GREGI nostro largire, vt viure vitam
Discamulq; simul cum puero hocce mori.
Hæc mea Musa tuo cineri fert DONA, precando
Vt sit terra leuis paræ George tibi.

Iohannes Saxo Insterburgensis.
Borussus.



ONO.

Intendens gremio fouet amittenda subinde;
 Sed quem non hominum spes fallacissima mulcet:
Nate DVCIS spectata tua praestantia formae
 Qualis SOL visu primam de luce refulso
 Surgit ab Oceano circum a Phaethonte vehendus:
 Multa dedit Patriae cupientibus Omnia, Magnum
 Et specimen proprio Generi Virtutis auita,
 Vox hominum delata fuit cum pectoris arcto
 Concordis nexu. Domui tu cresce potenti:
 Praefertorq; Facem Laudi; properato tuorum
 Gressibus aspirans olim super ardua dignos
 Ad Fasces, ut te Summum bona secula norint.

Seruantur cordi vota haec concepta Parentum
 Sollicito: propter distractos tempore fructus;
 A tergo datur inuidiae lachralis imago
 Rumpere cuncta potens: labiq; per omne dolosum
 Ista cupit; quae sunt semel atra condita mente.
 Iam facula incipiens sensim rutilare tenellam
 Cresceret in massam: sursum quoq; surgeret aureis
 Igniculis: sed morbus adest seruire fatigans:
 Oblatoq; dehinc Mortis stringente rigore
 Corporeae lucis mox torum extinguitur olli.

Gaudes Atropos o tanto insignita triumpho
 Quod referas praedam de corpore (si modo corpus
 Dixero in imbelli: nondumq; per omne coactis
 Compage articulis) Sed quae te Dira mouebant
 Parua in tam ferri defixo cuspide membrae.
 Num tibi defuerant quos Vitae copia longae
 Humano in passu cessanti robore fecit
 Torpentes; vel qui fruges consumerentur
 Sunt Patriae glires, lulunq; cuniculi amantes,
 Assiduo quibus est Priuata effosio curae.

Etantum Facinus super hunc qui mitior auram
 Anno imperfecto viuens nihil ipse nec ausus
 Nec potuit; nisi quod risu cognoscere matrem;
 Olim cui facti recti discrimine certo
 Hostilis quisquam se non impune tullisset
 Obuius armato; quem post sua dextera sciret
 Demonstrare viram Defensoremq; Paterna
 Liminis, hastili & transire Draconis in artus

Qui

Qui posset Patriæ efflantes per cruda venenum
Consilia indita queis in peius multa labascunt.

Omnibus vlttricem mortem sentimus adacti:
Eque vtero egrissis ignoras ponere pullis
Insidias: quibus heu non cauti forte tenentur
Præcipitante gradu incerto, quem cuiq; dedit fors.
Infantum nulli tenero licet eligere xui
Annosam seriem licita formicine Mortis:
Cuius mens atrox placide non annuit vllis
Arbitrijs: par est florenti parq; senili
Ætati, accessu non præpedientibus eius
Vel Maiestatis terrore aut robore cordis,

Redit & innixio terris pede pone trementi
Hoc operis: propriæ ne scandat limina vitæ:
Sed fixus puncto subito sua debita soluat
Ad cineres, sciso genitorum pignore dulci.
Hanc nullus in uet affectus Matrisue querela
Feruens, nec Solati bona signa prioris.
Si vel tuta locus concedere munere certo
Tranquillus posset, penitusq; abscondita Parce:
Iratæ, donec migraret vt irrita capti:
Altæ sed Morti turres pituere patentq;.

Graffatur vaga per totum velocius orbem:
Arces muratas, quandoq; per oppida currit
Obvallata simul tecto exornata superbo, hinc
Villarum fumis gaudet non territa nigris.
Perlustrans Sedes reliquas coniecit opera
Lumina VISVNIAM giscens proli maror in aulam
Infortunatam: Sortem si per loca queras:
Sed Gnosti vera Fidei ius ante fatetur
Iudicium Domino vitamq; necenq; reponens:
Factori certo amborum pro velle perenni.

Infelix resonant gemitus tristestq; loquela
Actum: quod properans scæuo Proserpina cursu
Attulerit Manes Nato: Miseranda Parentum
Viscera, voces hinc abruptæ & pectora quassa
Suscipere solent grauitè; luctuq; moueri.
Sanguinis auctorem tundunt solamine nullo
Defuncti: externâ quod non ratione superant.
At primo in motu quis talia forte tuendo

Temperet

Temperet à lachrymis: viduas cum dura superne
Perferre humano turbatos corde parentes.

Vsq; autem immani iuuat indulgere dolori
Infantis? modus an non est è Religioso
Sumptus amore Dei? cui fas committere cuncta:
Siue ingrata manent animis plangentibus imis:
Seu bona quæ veniunt fortis concessa fauore.
Omne DEO acceptum referas docet ore manuq;
Ille animus: qui credere vult in nostra reuerti
Recta, potens quæcunq; Pater depromit ab alto
Defessus humeris: quibus est vis certa ferendi
Istud onus: modo si penetrans Oratio persistet.

Sed quantum ventis ingentes sapius actæ
Pinus, vel celsæ turres grauiore ruinâ
Threicy Boreæ flabris cum mole premuntur:
Pectora summorum tantum quatuntur ab arcto
Desuper affectu, magis nam si a tum bona cernunt:
Quando amissa vident, nomen spernantq; Beati.
Hic est Herculeis errandum viribus, hic iam
Accipienda venit Firmæ Constantia mentis
Astra petens: quæ non valeat submergier vnquam
Rebus ab aduersis, nam sic victoria habetur.

RAra quidem sed Magna satis laudatâq; Virtus:
AEquum conserua e animum quæcunq; feratur
Sortis, siue illa malo veniat pede seu Bona tactu.
Fortem se præstat plusquam memo andus Achilles
P. plire non tremulo passim delapsus in hostes
Tollat vt oppositos, quod tum fortissima vincat
Qui se victorem Factorum cernit adastra
Talem nil stricte quodcunq; fatiget habebit,
Nil aduersa hostis tangent opprobria: ineptis
Iudicijs facti, vel late accepta sinistra.

Divinas Sortes quis nouit? & illius altam
Quis mentem sapiens hausit? quis funeris Omen
Explicuit? Satis est Sanctum celebrare Iehouam,
Sat quotq; spectare in sublato funere certam
Effigiem nostri: quæ quosuis viribus atræ
Exanguis manet ingenui discrimine nullo.
Indubitata tenent Patientem munera firmam
Sumpta Fide blandâ, Demino sunt cuncta paratu

Prompta

Prompta: citis quæ reddere vult properando diebus,
Præsertim qui se pro nos dant Sponte Potenti.

VIventes nunquam frustrantur ab Ore Supremi
Suppeditantis opem: si quisq; quod ardet abinde
Permittit soli tribuenti optata libenter;
Quæ dum vult recipit ne corda addicta trahantur
A se per nimum Doni terrestris Amorem.
Sic bene concesso placidi pia sacra parantur
Ætheris auctori, cum viscera pectoris vltro
Tradunt in natis vera pietate parentes
Innocuis, quales primæua parte leguntur.

Angelicæq; manent dignè super Arce locati.
LVSu proxima sunt Morre ð Superate **GEORGI:**
O infans **RADIVIL** roseis ornande coronis
Quæq; voluptatum vastum decerpta per orbem
Pectore ab humano. Solamina sola suprema
Vera parte beant, quæ iam tibi nota reapse
Sperantes flectunt, in re cernenda deinde.
Præceptus linqvis lacrymas spirantibus eheu
Iure quis; & iure tuæ das gaudia menti;
O fortunatos multum queis Mortis in ausu
DVXq; Comesq; via **CHRISTVS**. conceditur ipse.

IOANNES CROSNIEVICVS.

moerens faciebat

A L I V D.

OMaxi breue gaudium Parentis!
Si non inuida Mors cito abstulisset,
Nec virtus rueret futura fatis.
Non esset breue gaudium parentum,
Nec fratris foret exulans voluptas;
Non esset breue gaudium sororis;
Si non inuida Mors cito abstulisset.

A L I V D.

Non me **AQVILAE** rapuere Iouis celoq; dedere;
Hinc **AQVILAM** potius me rapuisse iuuat.

EPITA

EPITAPHIVM

HIC RADIVIL PARVVS TVMVLOR : FORTVNA DOLENDI!
IN MAGNA PARVVM ME PERISSE DOMO.

Martinus Iankun

MULTI HVMANA OFFICIA EXPECTANT.
SOLI DEO NATVM SVFFICIT.

NA tum qui tenerum conspicit amodò
Gaudet, mulcet, amat, blandiloquus Parens
Tandem praesidium & dulce decus fore
Cernens, iure suum canit.

TVM Spes magna subest quam Patriã arripit :
Quæ paruos faciles addere vult sibi,
Hos cõsanguineus spectat in arduis
Crescentes avidus Boni.

SVF fert arbitrium deius illico
Morbus cum Miseris Machina quæ capit
Orbis : nec dubitat pignora debitum
Matris congenita in suum.

FI rmos recta Fides dicit & applicat
Cum virtute adamans hos fouet in sinu,
Sed contra vitium more sequens bonos.
Immutando animos cupit.

CI tra hoc limitibus (namq; DEO fat est
Natum mente piã : calibe corpore)
Instat Parca ruens parcere nescia
Victrix esse suum facit.

AT tendens animus ter beat indolems
Soli parca DEO quæ sit, & hæc manet
Claro digna polo, quo RADIVIL datus
Infans, ille GEORGIVS.

Solis

Solis desiderant auricomæ citum
Ortum pervigiles: queis data sub dio
Custodire Fides lumina distrahens;
Anoctis facili metu:

Lite omni positâ, sic animam liquet
Inclusam tenebris carceris obstiti
Suspirare âlacri mente parentium
Ad rerum placidum patrem.

Defigunt miseri languida lumina
Cælis: & resonant mille modis preces
Voti sollicitas cum querimonijs
Quod sint Irus vt indigi.

Omnes fixa homines voluit iniquitas.
Quis ponet capiti lugubre non dari?
Quis cordi eripiet multa miserissima?
Motus agraque corporis.

Ergo non melius morte resumere
Aduersum hoc celebri concutiens malo
Er culpa nocuâ: dummodo Spiritus
Felicem teneat gradum.

STANISLAVS RAYSKI.

GEORGIVS RADIVILVS

Ad gloriam RADIVILANÆ DOMUS.

Per Anagramma.

IS VIGOR LAVDIS: VRGE.

Motibus antiquis nullo mirabilis ævo
O RADIVILANÆ laudis habere vigor.
Aspiras clara volitans Iouis alite carâ
Rebus ad atherei limina celsa poli.

Non

5

Non etenim Magnæ laudum Conamina mentis
Terrestri includi sede per omne queunt.
I fausto crescens velur ante hac omine semper :
Assurgasque suis fulgide nominibus.
Inuidiæ quod si studeat te frangere moles :
VRGE, ausu forti me te vigente magis.
Ardua per similes motus tentantur in orbem
Cedere nescia mens cedere iure iubet,
Sic intactus eris, sonitu lituuntq; minaci
Perstringes aures Laudis amice Vigor.
Me iam certa manet RADIVILVM gloria, miti
Corpore sublatum laudis amande Vigor.
Gloria quæ umbroso non splendet nomine mundi,
Sed manet in celis firma, beata, rata.

PETRVS RAYSKI.

A L I V D

I Ratas acies video, Belliq; furores
Curare intrepidum Marte iubente Patrem
Sed spectare mihi hinc paruo haud libet acria bella,
Tuius è cælo cernere bella datur.

IANVSSIVS ZYZEMSKI.

A L I V D

E Rgo pollutas libuit puer inelyte terras
Linquere, purpureas inq; meare domos?
Sic, inquit, libuit : Patrijs virtutibus orbem
Sat niti: astra tuum me decus esse volunt.

ALBERTVS TETERIN

GEORGIVS RADIVIL AD FRATREM SVPERSTITEM

L Vge, sed modice luge, Fratercule care:
Sic, quia fata volunt mortem celeri.

Sat

Sat CHRISTO vixi cuius virtute resurgam
Et vitâ aeternâ, lætitiâq; fruatur.

THEGDORVS DRVCKI

HORSKI.

GEORGIVS RADIVIL AD SVOS

Non mihi perpetuo clauduntur lumina somno,
Tempore sed tandem sunt referenda suo.
Et rediuua suo surgent aliquando sepulchro,
Accipientq; nouum, clarificata decus.
Vos longa interea ac felicia viuite seclâ,
Sed tamen & mortis vos meminisse decet.

HELIAS PRZYSTANOVVSKI

GEORGIVS RADIVILVS PEREGRINANTI IN HAC VITA.

NIL confert MVNDVS; Si qua est tibi cura salutis
Obsecro, dic vltro: PERFIDE MVNDE VALE.
STEPHANVS DRVCKI HORSKI.

OMNIA VANITATEM ESSE IN MVNDO.

Q Vicquid hic ORBIS habet, VANVM est: qui totus & ipse
In nihilum recidet, qui fuit ante nihil.
VENCESLAVS GORSKI.

NIVSTA EXEQVIARVM PRAESTANS, AIT:
Atura hæc lex est, HODIE mihi CRAS tibi: feci
Nunc alij exequias, cras mihi forte alius.
SIGISMVNDVS ONICHIMO VSKI

A L L I V D

REX, Cæsar, Princeps, Ciuis cum Milite Arator.
Vir, Mulier, Iuuenis, paruulus atq; senex.
Imo omnès homines quocunq; sub aethere nati:
Certo victicis sub iuga mortis sunt.
Nec tantum in homines sauit mors dente minaci:
Mors etiam saxi arboribustq; venit.
Flamina deficiunt, profugum mare littora siccant,
Subsidunt montes, & iuga celsa cadunt.

Cum

6

Cum flammis æther elementaq; cuncta liquecent,
Machinaq; hæc magno tota fragore ruet.
Omnia prætereunt: ceu moto nubila vento,
Æternum nihil est, omnia prætereunt.

Michael Meier.

A L I V D.

O Dolor! ô lachrymæ! mortale venefica falce
mors metit omne genus
Nemo fugit mortis, non vir, non famina dentes,
Non puer atq; senex.
Hoc RADIVIL docet immaturæ mortis imago,
Inclita progenies:
Quem, prius anni quàm complet spatium vnjus, ecce
Mors inimica rapit.

Iohannes Kaletnikowicz.

**Princeps moestissimus ad tristissimam
Coniugem suam.**

Ingantur lachrymæ vnâ operâ, ploremus acerbe:
Nam tulit ante diem mors fera FILIOLVM.
Luctus vtriq; idem, neq; mitior est grauiorue
Sors tua sorte meâ, fors mea sorte tuâ
Nil addo; & nequeo lugubres edere voces
O cor! Sic imus quotquot in orbe sumus.

Iohannes Domagalius.

Eteostichon.

CCc CVbat raDVIL LVX fIXa georgIVs æVI,
DeGerprVs nostrIs ah sVbito LatIbVs.

Chronomonostichon.

erIge Cor MœstI Dator à qVo fata regVntVr.

Chronomonostichon pro Zoilo.

os præCIDe DeVs Carpens bona CVncta CaVILLo.



Do Głonie Oswieconey Tęzny na
Birzách y Dubinkách/ Jey M. Pániey Anny Kie
szantki Kádziwilowey / Hermanowey
Polney W. K. L. 2c. 2c.

Est sprawy główney niedościgly skutek:
Widomy táic žalosnemu smutek:
Nie pozwaláiac do plákania woli /
Kiedy co boli.

E y kto jest sercá Diámentowego/
Aby stwárdzony boydzca dotkliwego
Nie czul od Bostkiewy woli niespodzianey/
Ale przeżrzáney.

Rownie nikogo nie może porużyć
Cudza przygoda/ zacząym każdy tufzyć
Dobrze przypadkom inšych zwykł/ vmyštem
Nie bázco sčistém.

Z nienaglá w ten čas každemu sie dzieie
Trwogi zdymowác smetnym/ á nádzieie
Watpliwe knowác/ gdy co swego trácim/
Wiemy czym plácim.

Y latwi sposob w Trenách záżyć mowy:
Wybitiac cieško włásne troški z głowy:
Molá skrytego któž pozbáwic może/
Ach mily Bože.

Rownie w nádešlym niešczęściu stoiemy:
Šdrožne częstokroc namowy czyniemy.

Onomatochronodistichon
eiusdem.

7

PrINcipIs oCtonâ MartII proLes generosa
LVCe GeorgVs obIt, flet sChola nostra pIe.

INFANS MORTVVS AFFATVR VIVOS PER
SERMONIS & PERSONAE FICTIONEM.

NEscio num vere Selenus dixerit olim.
Non nasci esse bonum, vel citò posse mori.
Hoc scio quod raro verum sit: displicet illud,
Quod nunquam nasci rem putat esse bonam.
Nam quid homo, miranda Dei viventis imago,
Sit licet innume is obrutus ille malis?
Certe hominem natum me lætor, lætor & inde
Vnius haud anni quod mea vita fuit.
Namq; malis iam sum præreptus, iamq; quiesco,
Expect ns reditum Christe benigne tuum.
Destruet hoc co pus fors, vt solet omnia, tempus,
Immortalem animam destruere haud poterit.

Iohannes Romanowski

IN OBITVM NATIDENATI.

OMors immitis, celebres quæ frangis honores,
P. riq; omnes sauis mors inopina domos:
Cur genus humanum nullo discrimine torques?
Cur iustos iuxta conteres, atq; malos?
Cur nunc infantis laniasti dentibus artus,
Insignis forma dotib; sac genere?
Debueras potius plures concedere soles,
Oli n laudis opus fingeret vi Patriæ.
Viure nam Pyllos fuerat dignissimus annos,
Nec non Cumæis exuperare dies
Non querar ast vltra: fuit hæc Diuina voluntas;
M editicæ placeat iam posuisse modum.
Salue igitur celsi nouus ætheris incola & hæres,
Atq; iterum salue, perpetuoq; vale.

Daniel Papfonski,

F

MORS

MORS NVLLI PARCIT.

SI quidquam generis valeat decus, inclyta forma,
Vel virtus mortem pellere si valeat.
Non alius sane puero hoc viuacior esset,
Quem exanimem ex animo iam dolet Aula Ducis.
Nam genus excelsum fuit illi, & Regia forma,
Quæ spem virtutum prætulit eximiam.
Discite mortales, quam fauum parcere lethum
Non soleat puero, non soleatq; seni.

Iohannes wizgierd.

FINIS PRINCIPIO POTIOR.

NASCIMUR & morimur, finisq; ab origine pendet :
Sed tamen est finis principio potior.
Qui bene finiuit vitam, sine fine vivebit :
Principii terti finis acerbus erit.
Vita breuis fuerat tua, nunc æterna, GEORGI:
Felix, pro vitâ, cui data longa, breui.

Nicolaus Alexandrowicz.

EPONYMICON.

GE, Mater terra est, signant læta ORGIA festa,
Quæ puer hic celebrat lætus in arce poli.
Non tamen aut Bacchi, Cereris vel mûnera poscit,
Pascitur in cælo nectare & ambrosia.

Samuel Tomaszewski.

BVSTVM GEORGH RADIVILI.

QVI denos menses sub sole, diesq; calente
Vixi bisseos, claudor in hoc tumulto.
Urna tenet corpus, verum mens clauditur astris.
Expectant animam molliter ossa suam.

Hieronimus Puzyna.



Qvæ



Q V Æ
S E Q V V N T V R
M O N V M E N T A

Conscripta sunt

à

SOLOMONE RYSINIO.





DISTICHVM CONTINENS ANNUM ET DIEM
TAM NATIVITATIS QVAM MORTIS PRAEDI
CTI INFANTIS, FACTVM à PETRO COCHLEVIO,
ILLVSTRISSIMI PRINCIPIS
AMANVENSE.

Ter nonâ aprilis Donat tibi LVMina Vltæ,
AVfert octavâ Martis at ipsa DeVs.

1016



9.

AD ILLVSTRISSIMVM
PRINCIPEM DEFVNCTI
INFANTVLI PARENTEM, &c.

SOLOMONIS RYSINII
ALLOQVIYM.

Perquàm difficile aiunt, imo non longe semotum
à periculo, propere recentibus medicas adhibere manus vulneribus. Res
nuunt eum illa, quin adeo spernunt, etiam summis ab exordio tractari
digitis. Verùm id vulgariùm hominùm scitum, in vulgo tantum, quod
constanter exiguum rebus in aduersis animum tenet. pedem fixisse pru-
dentiore existimant. Magno vero animo, è sapientum placito, nihil
magnum. Tu igitur magne Princeps, ad magna nate, magnæq; naturæ
fortuna ac Virtutis congiariis sustulste, non exiguum hoc orbitatis
vulnus, ex vnus tritum leuotum iactura, non absq; ran en iniussu Su-
premi Imperatoris inflictum, magno teres animo. Certus, te, si refra-
gantibus storgis bellum indixeris, & Patientia: Mansuetudinis exemplum,
maximo Parenti in te statui non inuitus permiseris, multorum porro gau-
diorum vber abs eodem Copia: cornu, ad instar Austicos i

Principis, obtenturum. Luge parum & breuis

ter, viue longum & felicit. r.

Princeps Illustrissime,



INSCRIPTIO STANNEI
SARCOPHAGI.

VNI—TRINO NVMINI S.

GEORGI RADIVILE,
INFANS DESIDERATISSIME,
QVOT GAVDIA

CHRISTOPHORO RADIVILIO,

BIRZARVM ET DVINCORVM PRINCIPI,
MAG. DVC. LITVANIAE CAMPIDVCTORI. &c
& ANNAE KISSKANAE DE CIECHANO WIEC, &c
AMANTISSIMIS TVI PARENTIBVS SPONDEBAS

AT NVNC
QVANTA DE SPE DECIDIMVS,
DVM TE

CORVSCIS OCVLIS,
DECORA FACIE,
SVBLIMI INDOLE,

IMPORTVNA MORS NOBIS ERIPVIT:
VIX ENIM QVINCTAM
HEBDOMADARVM ENNEADEM CLAVDIS,
ET IAM

IMMITIS SYNANCHE PRAEFOCATVM,
O DOLOR!
TE FVNERE MERGIT ACERBO.

HEV NIHIL INVITO SIBI FAS PROMITTERE COELO!
NATVS AN. DN. M. DC. XVI. V. KAL. MAL.

DENATVS AN. SEQVENTI, POSTRID. NON. MART.
VIX. M. X. D. XII.

EPI

EPIGRAPHE ARGENTEA 10
TABVLAE.

GEORGIVS RADZIVIL, PATRE CHRISTOPHORO
RADZIVIL, DVCE BIRZARVM & DVBINCORVM,
MAG: DVC. LITV. CAMPIDVCTORE, &c. MATRE
ANNA KISSCZANKA, &c. XXVII. APRIL. AN, DN.
M. DC. XVI. PLOSKIS IN PODLACHIA IN LVCEM
EDITVS, BREVI POST AN. SEQV. IIX. MART.
VIZONKIS IN LITVANIA, NONDV M ANNICVLVS,
AD SVPEROS COMMIGRAN DO, OB PRAECLARAM
INGENII & NATVRÆ INDOLEM, QVAE IN IPSO
INSIGNITER ELVCEBAT, MAXIMVM
SVI MOESTISSIMIS PARENTI
BVS DESIDERIVM
RELIQVIT.

LEMMA LABARI.

HEic Patris & Matris Fratris dolor, atq; Sororis,
Infans iacet GEORGIVS.
RADvilio genitore tatus, Kissevide Matre,
Spei puellus maximae.
Ante diem raptus monuit, rarenter ouantes
Spes diu manere sub polo.

EX AVERSA FACIE.

Gerzy Rádziwil Zacznych rodzicow potomstwo
Tu leży / pochwycony prze goley łakomstwo.
A to przed czasem / w jednym y nie całym roku:
Jakoż tu śmierci nie mieć dożyżalym na oku:



THRE,

THRENODIA.

DE Dice Raduillo soboles profecta Georgi,
Cur citus è terris cœlica restā petis?
Te Pater & Mater fratery sorory morari,
Et cupiant Pylios vincere posse dies.
Tu properas, nec te pateris complectier amos,
Nec vis laminibus sanui summa dari.
Te lucas implere tuas optauimus: at tu
Funereis implest luctibus alta domus.
Quò decus oris abit? quò fulgida lumina, quaq;
Hesperij ardebant sideris instar, eunt?
Quò vis ingenii generosa ex indole flammans?
Quò testis validi roboris ampla manus?
Quò spes decidua? quòue irrita vota parentum?
In tenues atomos cuncta abièrè simul.
Par erat exorto Cœlestes parcere flori,
Nec teneram saeva falce ferire rosam.
Sed frustra Superis, & Cœlo bella mouentur:
Sic seclie Cœlo, sic piacuit Superis.
Turpia ne bellum macularent crimina mentem,
Neu nitidam inficeret pustula foeda cutem,

SOLOMO RYSINSKI F.



11.
A w razie pierwszym iako to wiec z razu /
Dostyc vrazu.

Aniolem kto jest wzruszenia nie czuie
Wnetrznosci / ani sie kiedy strasnie :
Z przymusu wiezien ziemny dusza licha
Do Boga wzdycha.

Do tego : z ktorym trudne boiowanie /
Y prozne owo rak przykre lamanie
Z upadem dolnym / z narzekaniem srogim /
Y placzem mnogim.

Zas nad poieto niezmiennego Pana
Wola : moze byc iakowa odmianna
Znikomych rzeczy : takim naleganiem
W trybie nie staniem.

Ist to Pan chuci iednowlascy wolney :
A potrzebuie k sobie myśli spolney
Na pozwalanie / gdyz czynic inaczej
Szkoda y pracey.

Wkladac nalegla dume stradne zdanie :
Y mowic / czemu odbierasz mi Panie
Ozdobe kwie mey / z podpora starosci /
Moie radości.

Iuz tak z niebieskich vradzono sadow :
Gdzie zgola ludzkich nie czekaja rzadow :
Stawac pozwany musi iako baczem
Z powinnym placzem.

Labe-

Lábedzia sličnosť / Ortolorna cnota /
Správilac pryzstep w niedostepne wrotá
Káyskich palácom Gerzy Kádziwile/
Nic sie nie myle.

Predko došedles kresu podánego :
Jednak došć dobrze / bo wieku tákiego:
Ktory nie zmienil stanu vmyslowi /
Ktož to wystowi ?

Hámuy á przeto bole po swym synie /
Ze predko wziety w Bostim gmáchu stynie :
Náttko w zacności swietna / w žalu smutna /
Nie badž okrutna.

I Mežnie ráczey pozwol Bostiey chuci /
A solguy zdrowiu choć wizerunk smuci /
Co Bog mocny wziat / wziat iat vzyežone
Pod swa obrone.

Xiestwu BIRZ on sam swiecacemu spráwi /
Iž zá nagrode pócieche wystáwi
Twierdzac w ninieyšym potomku spánátem /
Nádáníem stalem.

Ktory z mniemánia zwierzchnego vtrapi :
Zás sie wewnetrznie wzaiem nie poťwápi
Wlžyc ciężarom? ná serdecžna zgođe
Dawšy pogode.

Rozwiedzíe inše burze nádchodžace
Cžás z wiiáiacy ná bezpečie tušace.

Nay

Nayciezey skromnie oddac doległości
Pánstiey litości.

S ktorego reki tego żalu strzálá/
Choć vgodzilá y moc pokázálá /
Wszakoz Bog láskaw ná OR LA sámeogo /
Y gniazdo iego.

N A G R O B E K.

Bogu mily potomek Hetmana Polnego
Kádziwilá ná Birzách Xiążecia sławnego
Gerzy Kádziwil smiercia przedrożna porwány/
Leży pod tym mármurem w nádziei schowány.
Zá ostátnia nágrode wieku nie skwitlego/
Przyiał spokoinny páłac podług stanu swego .
Konczy zprzodków stálościa (á což mowic wiele)
Oczekiwánie zgodne w máluśienkim cieiele/
Ktoremby mogli vciešszyć Kódzice strapione /
Y namilše wzáiemnym kochánim rodzone/
Pokázawšy podpore sklonioney Oyczyźnie/
Gdyż tu niey šczyrośc synow nie ták idzie żyźnie.
Ale smierc niezyczliwa pewny vprzedzilá
Vmysl: á w domie zacnym lámenty spráwilá/
Jedná nie wzielá náder choć z sličznego ciála
Dusze Anielska iego predko dzielic smiála.
Przy ktorey towáryštwie te zostaly cnoty/
Niewinosc/šczyrośc/czystosc/niezwiadle klenoty.
Acz

Aż wstały zabawy krotchwila w ciele
Ozdobione / coż czynić? Co śmierci fortele!
Na ludzkie siły czerstwe / na wrode grzeźna /
Y wspaniała postawe / y swiebode wdzięczna.
A tuć mamy wizerunk roboty śmiertelney
Woley Bożey zleony / iako sprawie celney:
Ktory miłaiac wspomniß co pamietać trzebá /
A tak wzruszony porrzyß z nißkości do niebá:
Dyżac smutnym rodzicom / pociech od świętego
Pana śmiercia y życiem wßytkich władnego.

Krzyštof Ráysti.



go
.
sti.



Aż wstały zabawy krotowila w ciele
Ozdobione / coż czynić? Co śmierci fortele:
Na ludzkie sily czerstwe / na wrode grzeżna /
Y wspaniała postawe / y swiebode wdzięczna.
A tuć mamy wizerunk roboty śmiertelney
Woley Bożey zlecony / iako sprawie celney:
Ktory mićając wspomniß co pamietać trzebá /
A tak wzruszony porzyß z nißkości do niebá:
Życząc smutnym rodzicom / pociech od świętego
Pana śmiercia y życiem wszytkich władnego.

Krzysztof Kąski.




680



to
ti.

to
ti.





BIBLIOTEKA KÓRNICKA

13320

RNICKA

20

02107